

Aut non producant; Sedis autem ad alterum effectum ordinis, & ne colligant praedictum pariter, quod sub iudiciorum sede potius cadit. i De his disc. 39. & 40. & sub tit. de dote, disc. 149. & sub tit. de iudiciis.

X.

De generalitate aliorum contractuum illicitorum, vel suspectorum nempe de sponsionibus, iudis, civitatis, vel sociis, aliisque huiusmodi; Et aliqua de transacione.

Sponsionum contractus, utpote fortunae, seu aleae eventum concernentes, generaliter, & abstracte ex veriori sententia non habent juris prohibitionem, cadentem; Vel ob fraudem usurarum, quae sub hoc pallio videntur; Vel ob aliam, simoniam, vel corruptelam, ac fordidam fraudem; Sive ob specialem prohibitionem eventus, super quo sponso fiat, ut praesertim in Summi Pontificis electione, moderna lex Apostolica statuit; Aliqua dubitandi ratione cadente super his, quae matrimonii, vel respectu caelibatus libertati praedictare possint; Adhuc tamen, ex magis recepta sententia, regula assistit validitati, limitanda ex circumstantiis, quae fraudem, vel delictum, sed legis prohibitionem redeolant.

Super inaequalitate autem, ex qua notabilis resultat laesio, nil peculiare statutum est, sed ex juris generica dispositione, laesio regulanda est, habita aestimatione futuri incerti, boni, vel respectu, mali eventus.

Major autem dubitandi ratio cadit, ubi de tempore initii contractus, iam casus evenierit, plerisque id regulantibus cum terminis assecurationis mercium, ut sequito etiam casu, cuius notitia per contrahentes vel eorum alterum haberi non possit, contractus adhuc valeat; Contrarium tamen in sponsionibus receptum est, ut iam sequito casu, inutilis conventio remaneat; Itaque, ubi etiam valida sit, stricte, ac rigorose ad verborum limites capienda venit, adeo ut qualibet alterativa circumstantia, commissam stipulationem impediat; Quod tamen discrete pro partium qualitate, potissimum vero pro communi usu, vel partium verisimili voluntate regulandum videtur; Prout ex eadem facti qualitate regulanda est in peccato fraudis, cui ista contrahendi species subiacet, ideoque non de facili, certam, ac determinatam regulam recipit. K

In ludis autem, pariter certa regula statuta non est, cum pro diversitate ordinis, vel status personarum, sive pro diversis regionum, ac dominiorum legibus, vel moribus, ipsum respectu prohibito, vel permissio regulatur; Ea generali statuta regula, ut ille efficacem actionem in iudicio experibilem non tribuat victori contra victum, ne dum ex ipso ludo, eiusque lege, sed etiam ex quocumque, quantumvis alio licito contractu, vel debendi causa, in quam, id, quod ex ludi causa debebatur, transfusum sit; Moralibus relinquendo, interni fori quaestiones, an licite, tutaque conscientia, unus alterum lusorem circumveniat, ubi potissimum se magis peritum, ac ingeniosum agnoscat, adeo ut inaequalis conditio ludentium sit; Sive an retineri possit pecunia parte ex ludo cum filiisfamilias, & cum clericis praesertim regularibus, ac similibus. l

Quamvis autem jure commune non cognoverit illa contractuum barbara vocabula, quae socchi, barochi, & civitatis vulgo appellantur, quia nempe cum modica pecunia, mercēs, aliaque bona, eorum valore notabiliter alterato, habita fide de pretio tribuantur totum convertendo mutuum, vel aliam debendi causam; Attamen ob fraudes, quibus nimium haec contrahendi species subiacet, iura municipalia, fere ubique, praesertim in Italia, etiam sub poenis veterant, eodem modo, quo ludus sub fide futurae solutionis prohibitus est, super hoc autem, neque certa regula statui potest, cum ex diversarum legum tenore, & uti, singulorumque casuum diversis circumstantiis deciso in quolibet casu diversa sit. m

De aliis autem alienandi, vel contrahendi prohibitionibus ad certam speciem restrictis, ubi praesertim ratione bonorum in libero commercio non existentium, realis prohibitio, sit puta beneficiorum, aliorumque jurium

ecclesiasticorum, vel spiritualium, Officiorum, aliorumque jurium regalia, ac bonorum feudalia, emphyteuticorum, vel fideicommissariorum; Sive ubi prohibitio sit ratione personae, puta inter virum, & uxorem, patrem & filium, militem, vel clericum, & concubinam cum similibus, habeatur in suis particularibus sedibus respectu.

Transacionis materiam frequenter foris audit, tam respectu validitatis, quam efficaciae, sed obligationis, ideoque duplicem habet inspectionem, quoad ipsos nempe transigentes, ac alios, qui ab eis causam habeant, & quoad tertius jure proprio a transigente independentem venientes.

In prima specie, quamvis transacionis essentialia requisita sit dubia litis existentia, cum sine lite in re clara transactio non detur, raro tamen praxis hanc speciem nullitatis docet, cum etiam his habitualis, eiusque potentia, sed probabilis timor ad id sufficiat, adeo ut unus Doctoris opinio, vel alia est levis dubietas hunc defectum tollat.

Idemque respectu alterius essentialis requisiti recipiendi commodi, vel damni respectu, ut aliquid hinc inde remittatur, & ne alias per eam tribuatur, quantum litis eventus producere possit, cum tunc Leonianum Juris dicant concordiam; Adhuc tamen frequens praxis docet, ut remissio expensarum, ipsaque recedens a lite pro hujus requisiti implemento sufficiat.

Frequenter autem fori controversae super hac prima specie, illum percipiunt defectum, qui ab errore, seu falso praesupposito provenit; Vel alteram ratione laesionis, quam etiam in transacione iuxta genericos terminos enormis, vel enormissimae, adinstar emptionis, & venditionis, una opinio in Romana Curia magis recepta locum habere credit, incertum litis eventum a causa meritis, ac dubietate probabilis aestimando, quamvis altera opinio acriter id neget ob huiusmodi aestimationis impossibilitatem, vel nimium difficilem praxim.

In altera vero specie transacionis, quae tertium jure proprio independenti afficere debet, non modica quaestio est; Hispanis simpliciter id negantibus in illis primogeniis, & maioratibus; Idemque agentibus utriusque Siciliae feudis in illis feudis; Generaliter autem potissime in Romana Curia, ea recepta est distinctio, ut a bonae, vel respectu malae fidei requisito deciso pendeat, ut bona fide accedente alicui, ac operativa sit, secus autem e contra; Bonae autem, vel malae fidei inspectio, a litis dubietate, vel probabili eventus aestimatione pendet, ita dignoscendo, an feudi, vel emphyteutis, sed fideicommissi, similibusque juris resolubilibus possessor, probi, diligentique administratoris partes gesserit; Ideoque incongruum est, ea quae circa primam transigendi speciem super levi dubietate, vel modica recompensa habeantur, sive circa laesionis qualiterem, ut enormis, vel enormissimae metam attingat, ad hanc alteram speciem adaptare, in qua circumventio pro contrahentium industria non admittitur, minisque levis dubietas, cum punctus in prudenti administratione, ut supra consistat; Atque hinc sequitur, ut facti potius, quam juris remaneat quaestio pro facti qualitate decidenda, uniformem regulam generalem non de facili admittens, nisi eam, ut praesumptio bonae fidei pro actus validitate assistat, quae iuxta praesumptionis naturam, probationis onus transfundit in actus impugnatores.

Sub alienationis autem prohibito nomine, a transactio venit, certant Scribes; Aliquis simpliciter negantibus; Alii vero distinguuntibus, ac prohibitus retineat, vel dimittat; Alii autem indefinitè affirmantibus, istaque posterior magis recepta est, ideoque circa solemnitatem, & causam, eadem existit requisita, quae in alienatione desiderantur. n

K De his in materia sponsionum disc. 47. & 48. & sub tit. de usur. disc. 36. l Disc. 49.

m Disc. 50. in fine remissiva.

n De his omnibus ad materiam transacionis hoc tit. disc. 1. & 17. cum seq. & disc. 50. Et sub tit. de feud. disc. 49. Et sub tit. de emphyteus. disc. 52. Et sub tit. de fideicommiss. disc. 173. cum plur. seq. Et sub tit. de emptione & vendit. disc. 27.

JO. BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Libri Septimi, Pars Quarta,

DE TUTORIBUS, CURATORIBUS, PROCURATORIBUS, ET ADMINISTRATORIBUS.

SPOLETANA TUTELÆ PRO PAULO FRANFANELLO CUM MARGARITA FONTANA.

Causa disputata coram A.C. & resoluta ut infra.

An cessato per mortem, vel impedimento, uno ex duobus tutoribus testamentariis, tutela consolidetur in superstiti, Vel potius debeat alter a Judice subrogari.

S U M M A R I U M.

- 1 F Acti series.
2 An legatum factum uxori importet alimenta, vel usufructum formalem, remissive.
3 Quod manus tutela sit potius damnosum, ac praedictale, ideoque non affectandum, atque affectatio causae suspensiva.
4 De quaestione, an mortuo, vel alias cessato uno ex tutoribus, debeat alter subrogari.
5 Ut id decedi debeat exacti qualitate, & circumstantiis.
6 An expedit, unum, vel plures tutores adesse.
7 De rationibus, ex quibus in hac facti specie non debeat set alter subrogari.

D I S C I.

ALexius Franfanelus, institutus haeredibus, Maria Victoria filia ex primo matrimonio, & ventre pregnantem Margaritam uxoris, quam donnam, madonnam, & usufructuariam reliquit &c. Tutores reliquit, Felicem ejus germanum fratrem, & profectum in Religione Minorum Conventualium, & Paulum agnatum, quem in virum dictae filiae jam destinaverat; Cumque mortuo testatore, dictum matrimonium sequutum esset, atque ex ventre pregnantem prodidisset alio femina, dictus autem religiosus non posset tutelam acceptare, unde propterea illam Paulus accepit, atque ser. ser. exercere cepit. Hinc duplex orta est controversia, inter Paulum, ac dictam ejus uxoris novercam. Primò scilicet super qualitate legati praedicti, an importaret solum alimenta, vel formalem usufructum, Et secundò, super tutela, quam dicta mulier praetendebat sibi decerni in locum dicti religiosi impediti, Et introducta causa coram A. C. per appellationem a Judice de partibus, prodit sententia, per quam dicta mulier declarata fuit alimentaria tantum, ac etiam deputata contutrix in locum deficientis, Et quamvis occasione ejusdem mandati de manutenuendo in possessione bonorum, commissa causa in Rota coram Priolo, vnicuique habitata fuisset disputatio in solo possessorio, nulla tamen capta fuit resolutio, quia mandatum fuit videri de bono jure, postea vero, (me quoque consulente,) concordia dedit finem controversiae.

Major autem disputatio fuit super dicto puncto legati, in quo deducebantur hinc inde quae habentur in materia deducta sub tit. de serv. ad materiam usufructus disc. 50. ubi patet quod illa sit juris voluntatis, & consequenter facti potius, quam facti, ideoque certam, ac uniformem regulam generalem non recipiat, sed pro facti qualitate, ac circumstantiis decidenda sit.

Aliqua vero disputatio coram A. C. tantum, fuit super hoc puncto tutela, sed modica, dum Egomet consulti Paulolo, pro quo scribebam, ut daret manus, ut cearet libenter ac-

paret in contutricem matrem dictae pupille, (dum ejus uxor jam hoc medio tempore pubes effecta erat.); Quinimò ubi non urgeret ejus uxor interesse super bona administratione bonorum, ratione substitutionis ad ejus favorem, consuluisse, quod omnimodam tutelam matri dimitteret, ipseque ab ejus onere se liberaret, cum non videretur manus desiderabile, utpote in viris probis, & qui cum furto, ex bonis pupillorum locupletari non affectant, aliud causare non solum, nisi lites, ac molestias, & grave interesse, ratione negligentiarum quas lex in tutoribus istam punnit; Ideoque habemus in jure, quod oportuit istud munus reddere necessarium, adeoque agitur de materia excusationis, cum verè non sit desiderabile; Idque causa est, quod in Curia huiusmodi quaestiones super tutela pertinentia nimium rarae sint; Et tamen in aliquibus regionibus illae cernuntur adeo frequentes, atque longae dispendiosae lites accerrimè desuper sustentantur, quod, excepto casu interesse, quod resultat ratione substitutionis, vel (ubi agitur de puellis divitibus) ratione matrimonii, deberet suspensio legitimam causam inducere, ac Judicibus exclusionem utriusque suadere.

In hac autem disputatione super dicto puncto, an per mortem, vel aliud impedimentum, seu excusationem, non acceptante, vel post acceptationem deficienti uno ex tutoribus testamentariis, per jus non decrecenti, tutela consolidetur in superstiti, vel potius aperiatur jus legitimo tutori petendi se adungi, sive petendi a Judice alterum subrogari; Dicebam (etiam in sensu veritatis) quod quamvis deluper scribentes, (ut in omni materia) per ingeniorum diveritate variaverint, ut patet ex deductis infra disc. 11. & ex aliis relatis per infra allegandos.

Attamen verè ista non est quaestio juris, sed pariter facti, utpote prudentis Judicis arbitrio rem sita, regulando ex quantitate, & qualitate patrimonii, & qualitate tutoris superstitis, aliisque circumstantiis, ex quibus, idem arbitrium regulari debet, an scilicet unus sit sufficiens, vel adjuncti opera requiratur necne, ut admodum Bald. cons. 489. lib. 4. num. 1. & sequuntur Soccin. cons. 193. lib. 2. bene Franch. decis. 214. & alii quos cumulatim Adden. ad Franch. & Giurb. observ. 3. num. 25. Unde Rota apud Buratt. dec. 389. num. 7. cum seq. agnoscendo, quod ex facti qualitate unus sufficiebat, alterius subrogationem denegavit.

Et quidem punctus problematicus est; Pluralitatem etenim tutorum suadet ratio, quod plus videri oculi quam oculus, quodque unus supplere potest negligentias alterius; Ac etiam quod ira non tribuitur licentia unico tutori occupandi bona pupilli, eumque defraudandi; In contrarium verò urget propositio, ut quod commune est negligitur; Ac etiam quia magis expedit pupillo habere unam, quam duas sanguifugas.

In hac autem facti specie, de stricto jure, tria concurrerant, ex quibus petita subrogatio matri denegari debuisset; Primò scilicet, quia bonorum quantitas, ac etiam qualitas excluderet necessitatem huiusmodi pluralitatis, ac suadebat quod unus sufficeret; Secundò, quia constabat de voluntate testatoris, ut etiam unus administraret, dum Paulus relictus fuerat tutor, quatenus dictum matrimonium sequeretur, & non aliàs, tunc quando sequutum non esset, solus ipse testatoris frater deputatus erat, quem sufficientem reputavit, quamvis effectus religiosus, igitur multo magis erat sufficiens saecularis; Et tertio demum, quod dum testator, secundae uxoris memor fuit, illamque etiam alimentariam ut supra reliquit, tutricem

tricum vero deputate neglecti, signum est, quod noluit, unde propterea de stricto iure, contrarium probabilis iudicari debuisset; Bene tamen iudex se gessit, dum (me consulente) contor dabat manus ut supra, ut ita omnium litium, ac suspitionum occasio tolleretur.

ANNOT. AD DISC. I.

DE hac eadem quaestione ad defecto uno ex pluribus tutoribus, tutela consolidatur in superstitite, vel potius subrogandus sit alter, habetur infra disc. 11. Et an cessata, vel recufata tutela, cesset, & expiret legatum eidem tutori factum habetur sub tit. de legat. disc. 22. 32. & 46.

Et conferunt deducta sub tit. de servit. ad materiam usus fructus disc. 50. & 52.

ANCONITANA TUTELÆ PRO MAGDALENA PETROBELLA CUM JOSEPHO PASSARO.

Casus disputatus coram Prelato Iudice commissario, incertus est exitus.

An mater removienda sit à tutela, vel cura filii, ex antiqua suspitione, vel potius illi dari debeat adiunctus.

SUMMARIUM.

- 1 Adli series.
2 Quando lis dicatur esse ex bono animo, vel sine laudabili, adeo suspitionem pro tutela non inducat.
3 De differentiâ inter matrem, & extraneum, ut ob suspitionem removeatur extraneum, non removeatur mater, sed detur adiunctus.
4 Et quando fortis id in matre procedat.
5 In testamentario matre, procedit idem quod in matre.
6 Quo dicuntur de matre continet consilium non autem præceptum, unde pro facti qualitate etiam mater est removenda.
7 Sed in dubio non est recedendum à regula.
8 Quid ubi iam iudex processit ad remotionem, vel non admissionem.

DISC. II.

ASpar, instituit filii, factisque aliis dispositionibus ad rem non facientes, eorumdem filiorum, pupillorum, ac respective minorum, tutricem, & curatricem deputavit Magdalenam uxorem, & matrem respective, inter quam, & Paulum unum ex filiis effectum majorem, occasione præteritæ mortis alterius minoris, aliqua lites exortæ sunt, quibus pendentibus, Paulus furiosus effectus est, unde matre petente sibi curam decerni coram Governatore Anconæ, hic, se opponentibus Josepho patruo, & aliis conjunctis, id denegavit, aliumque deputavit, Unde introducta per appellationem causa coram A. C. hinc è converso, revocata dicta deputatione, matri curam decrevit, interpositaque appellatione per oppositores, & commissa causa Prælato, unica disputatio desuper habita fuit, cujus exitus incertus est, dum amplius de causa actum non audivi.

In hac autem unica dispositione actum fuit de puncto, an ob suspitionem à lite resultantem, mater esset removenda; Atque scribens Ego pro matre, negabam in primis assumptum suspitionis resultantis à litibus, dum istæ percutiebant potius fructus, ac administrationem bonorum, quam ipsorum proprietatem, atque ex facti circumstantiis constare videbatur matrem curasse impedire filio dictam administrationem, ac fructuum perceptionem, non malo animo, sed potius ex charitativo, prudentique consilio, ut ita juveniles errores, ac dissipationes coerceret, unde propterea extranea esse dicebam ea, quæ Scribens in contrarium deducebant, totum desumendo ex Grato cons. 44. in specie loquente de remotione matris ratione doli resultantis à denegatione alimentorum, cum id percutiat terminos diversos, quando scilicet in fieret durante tutela, vel cura, & culposè, ex ibi deductis, ubi etiam magnum fundamentum constituitur in iure municipali, seu Statuto Civitatis Bononiæ; Secus autem in hac facti specie, quod impeditur, ne filius fructus bonorum obtineret, præstita erant post jam finitam curam, atque ut supponebatur per causæ Patronum, ex zelo, & bo-

no animo ut supra, unde quando istud facti præsuppositum subsisteret, ita dicebam cessare quaestionem in radice, potissimè quia non omnis lis ad hanc effectum sufficit, sed debet esse notabilis, ut advertitur infra disc. 4.

Verùm, ubi etiam ratione illarum litium, aliqua suspicio in iure sufficiens quidem reputatur ad excludendum, vel respective removendum extraneum, non autem matrem, vel aviam, in quibus lex majorem habet fiduciam, adeo ut, quamvis in aliis non testamentariis, qualitas debitoris, vel creditoris excludat, ea tamen in matre non obstat; Et consequenter ubi aliqua suspicio urgeat, dandus est adiunctus, non autem procedendum ad remotionem, juxta communem sensum DD. præsertim Bart. Baldi, & Saliceti in auth. matri, & avie Cod. quando mulier tutel. offic. Et Afflict. dec. 207. num. 1. Gurtier. hoc tractat. par. 1. cap. 8. num. 64. & Galganett. (eius fidelis transcriptor) lib. 3. quæst. 11. num. finali qui eodem lib. 3. quæst. 1. per totum, plures colligit differentiâs inter matrem, & extraneum, Gratian. discept. 23. num. 27. & discept. 668. num. 21. Rota dec. 535. num. 6. par. 1. rec.

Fortis verò, quia in hac matre, duplex fiducia concurrebat, una legis, & altera hominis, dum pater eam tutricem, ac respective curatricem filii pupillii, & respective minoribus deputavit, verisimiliter deputatus, si istum casum amentiam prævidisset; Ideoque fit etiam in extraneo, cujus fides à testatore probata est, non attenduntur illæ suspiciones, quas aliam lex habet, unde ad summum præbere possunt facultatem Iudici interponendi ejus officium, seu arbitrium pro deputatione adjuncti, ut firmavit Rota apud Merlin. dec. 45. repet. dec. 435. par. 5. rec. multò magis ubi duplex fiducia, ut supra concurrat.

Et quamvis admitterem ea, quæ ex Corn. cons. 75. n. 6. lib. 3. habentur apud Conventan. de tutel. & suspens. tutor. nu. 11. & 71. & alibi, (& in quo totum fundamentum, ac in dicto cons. 44. Grati constituebant scribentes in contrarium), quod scilicet istud sit consilium, non autem præceptum, quodque materia sit arbitraria, ideoque certam, ac determinatam regulam non recipiat, nunquam in arbitrariis cadentem, cum totum pendeat ex singulorum circumstantiis, quæ in uno casu possunt esse sufficientes, in altero autem, eædem, ac majores insufficientes, adeo ut leguleica ineptia sit, in aliqua decisione, vel auctoritate, quæ remotionem admittat, vel denegat, tanquam in regula generali cuiusque casui applicabili, fundamentum constituitur, (& quam ineptiam quotidie experimur.)

Attamen in hac facti specie, dum A. C. iudex appellationis, adjunctum quoque dederat, neque suspicio esset vehemens, dum ex præmissis de stricto iure subsisteret poterat, quod neque adesset, hinc proinde, (reflectendo etiam ad solam veritatem, J. credebam meliorem esse determinationem Iudicis secundæ, quam primæ instantiæ, atque puto quod Iudex hujus tertie, secundam probaverit.

Insuper scribentes pro oppositoribus, quod dum ego non negabam ut ista esset materia arbitraria, ideo deo 8 injuria redargui non poterat gesta per iudicem de partibus, ut in specie advertitur apud Conventan. dicto n. 71. & est axioma generale, de quo apud Gregor. dec. 107. n. 2. & passim, quod Iudex in arbitrariis non gravat, neque de facili de injuria convinci potest; Dicebam tamen id fortè procedere quando præsens disputatio esset in secunda instantia, in qua peteretur retractatio ejus, quod Iudex primæ fecit, quoniam, cum præsumptio fit pro Iudice, hinc proinde onus appellantis est docere de injuria, quæ suæ intentionis fundamentum veniat, cum illa in dubio non præsumatur, sed præsumptio fit pro sententia, seu facto iudicis, juxta vulgares, & quotidianas propositiones in foro decantatas; Sed ubi alter Iudex appellationis jam retractavit id, quod primus fecerat, unde propterea fit in tertia instantia quaestio, an potius unius, quam alterius Iudicis factum approbandum veniat, tunc dicebam quod; Vel intrare debet ratio conquisitionis hujusmodi præsumptionum inter se, unde propterea habenda fit causa perinde, ac si esset integra; Vel quod præsumptio potius assilat secundæ sententiæ contra appellatam, qui injuriam allegat, atque ultimæ sententiæ retractationem petat, ideoque sibi istud probatiois onus incumbit, cum aliâ pars appellata vincere dicatur per non jus, neque ulteriori tertij iudicis provisione indicat; Et hic erat casus.

ANNOT. AD DISC. II.

AD deducta in præfenti discursu super remotione matris à tutela, & suspitione ex causa lites conferunt deducta infra disc. 4. & 11. & in hoc cod. tit. disc. 21.

ROMANA SEU MARSIGANA TUTELÆ PRO HYACINTHO PAULINO CUM SILVIA ARGOLA.

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura.

A quo iudice tutoris deputatio faciendâ sit, ubi pupillus in diversis locis, vel provinciis bona possideat; Et an deputatus ab uno, cogi valeat ad reddendas rationes coram altero, sive ab eo removeri eo quia coram ipso inventarium non fecerit, vel cautionem non dederit pro bonis in ejus ditione existentibus; Expendente discussione remotionis, an interim interdicienda sit administratio, & an clericus sit capax tutelæ.

SUMMARIUM.

- 1 Adli series.
2 An pendente lite super suspitione tutoris interdici debeat administratio.
3 De ratione, ob quam ipse casu inter provisio.
4 De provisione in proposito alias capta.
5 An tutor pendente tutela cogi valeat ad reddendum rationes remissæ.
6 Tutor, qui suscepit tutelam à iudice, coram ipso tenetur reddere rationes.
7 Sed quid de clerico obtinente à laico.
8 Pro eadem administratione non sunt reddendæ rationes coram diversis iudicibus.
9 De rationibus dictæ conclusiois.
10 Et de alia ratione connexionis.
11 Quod rationes reddi debeant in loco administrationis.
12 Loca montium circumscribuntur loco, & dicuntur esse in Urbe.
13 Quando procedat conclusio, de qua n. 11.
14 Si pupillus habet bona in diversis locis, ad quem pertinet deputare tutorem.
15 Dantur exempla.
16 Quid ubi possidet feuda, vel bona jurisdictionalia in diversis ditionibus.
17 Tutor non dando matrem, & non consensu inventarium, redditur suspensus, & potest removeri.
18 An iudex loci, in quo sunt bona, inquirat si tutor ab alio deputatus, bene cavet, & inventarium fecerit.
19 De eodem, & ad quem effectum id facere valeat.
20 Desistere tutorem pertinet ad eum iudicem, qui deputavit.
21 Quod clerici non possint esse tutores.
22 Declaratur quando, & quomodo id procedat.

DISC. III.

DEfuncto Francisco Antonio Paulino in Oppido Hor-tonæ, quod in feudum possidebat in Regno Neapolitano, (cujus etiam erat originarius, & incolæ, seu feudo) superstitæ Petronilla unica filia infante, Hyacinthus frater, & patruus respective, ac Sylvia uxor, & mater, juxta styllum, (potissimè pro capiendâ possessione feudi) curarunt declarari tutores à M. C. Vicariæ ibique adimpletis solemnitatibus, præteritis illa cautionis, fecerunt solitum præambulum super additione dictæ hereditatis. Cumque postmodum Sylvia transitum fecisset ad secunda vota, Hyacinthus in eodem Tribunali declarari obtinuit integram tutelam ad se spectare, Sylvia verò, secum trahens pupillam, atque ingrediens Monasterium in Urbe, plures contra dictum Hyacinthum excitavit præsentiones in Tribunali A. C. & præsertim super redditione rationum administratæ tutelæ, necnon super ejus remotione ob non præstitam cautionem, quæ consecutum legitimum inventarium, ac etiam omnem Hyacinthi incapacitatem ratione clericatus; Et quamvis ex parte rei conventi, contra quem in contumaciâ ad quamplura acta, etiam ad quandam sententiam processum fuerat, recufata jurisdictione petium fuisset remitti causam ad eandem M. C. Vicariæ, à qua tutelam succe-

perat, iploque Iudice id denegante, adita fuisset Signatura Justitiæ, adhuc tamen id denegatum fuit, ex eo fundamento, quod hæreditas prædicta pro majori parte confisteret in locis montium in Urbe existentibus, unde propterea super præmissis præsentionibus aliqua dispositione in utroque Tribunali habitæ fuerunt, iploque Hyacintho insistente in eadem exceptione incompetentiæ fori, & ne à dicto proprio Iudice redargui posset, Iudex in Urbe provisionaliter œconomum deputavit pro dictorum locorum montium administratione, dum circa personam pupillæ, jam provifum erat per Breve Apostolicum decernens eidem matri educationem, transitu ad secunda vota non obstante.

In his igitur dispositionibus, de pluribus articulis actum fuit; Primò scilicet, an durante lite super remotione tutoris interim illi interdicienda esset administratio; Secundò, an idem tutor teneretur, dum adhuc tutela finita non erat, reddere rationes; Et tertius regulariter ad id cogi posset, an de hoc teneretur coram ipso Iudice, dum ab altero tutelam suscepit; Tertio, an iusta causa remotionis adesse diceretur ex eo, quod non confecerit inventarium, neque præstitisset cautionem in Urbe, ubi erat major pars hereditatis, & quod non sibi obstitaret qualitas clericatus, cujus ratione incapax esset tutela, quæ sibi prohiberi posset.

Quatenus pertinet ad primum; Disputat quaestioem Franc. decif. 8. numer. 8. & 9. ubi de dec. 317. Afflicti, & aliis, præsertim Gratian. cons. 44. dub. 1. ex quibus, ac aliis relatis per Gurtier. de tutel. par. 2. cap. 18. num. 11. patet quod in hoc proposito, certa, ac determinata regula generalis non cadit sed est quaestio arbitraria, pro facti qualitate decidenda; Non omnis enim excitatio lites super præsentia remotione ad id sufficere debet, cum aliâ in libito cujuslibet animosi esset, ita hujusmodi quaestioem excitando, impedire tutori fuit muneri exercitum, sed ubi lis contestata sit, adeoque causa intrudâ, quod ea, quæ sunt in actis, remotionem fudeant, atque oppositoris petitionem probabilem reddant, qualis est casus dictæ decisionis Afflicti.

Cum etenim, juxta Tribunalium stylos, ac regionum mores, quandoque contingat hujusmodi lites longam habere durationem, adeo prius terminet pupillaris aetas, unde propterea resultare possit damnum irreparabile pupilli, atque lis remaneret elusoria, nisi provisionale temperamentum capiatur, hinc proinde, ut dictum est, pro facti qualitate, ex prudenti, benèque regulato arbitrio decidenda est quaestio, nè ob animolam ac improbabilem oppositionem, injuria fiat tutori, præsertim si, ob ejus idoneitatem, ac personales qualitates, præsumptio sibi assilat, secus autem è converso.

Applicando autem ad rem; Oppositiones, ex quibus remotio pernebatur, nullam habebant probabile fundamentum, ex iis, quæ habentur infra in tertio & quarto puncto, potissimè dum occasione dicti iudicij contumacialis, jam consultum erat cum dicta provisionali deputatione, adinstar ejus, quæ habetur apud Orthobonum decif. 144. in fine, & consequenter aliud non remanebat agendum.

De secundo autem puncto, an scilicet tutor adhuc pendente administratione, ad instantiam contutoris, vel alterius teneatur reddere rationes administrationis jam actæ, habetur infra disc. seq. ibique deducta, in ista causa quoque deducebantur, atque ex ibi infinuatis petio erat probabilis, benèque fundata.

Verùm ubi intraret dicta obligatio; Dicebam (etiam cum sensu veritatis) ad id tutorem cogi non posse coram hoc Iudice, sed coram eo, qui tutelam sibi decreverat, unde propterea in hoc aliquam admirationem dedit resolutio Signaturæ denegans dictam remissionem, ex regula quod tutor reddere tenetur rationes coram eo Iudice, qui tutelam sibi decrevit.

Idque adeò Scribens extendit, ut quamvis esset clericus, qui tutelam à iudice laico suscepisset, adhuc coram eo rationes reddere teneatur, quasi quod intraret dispositio, vel ratio text. in l. si quis conductiois Cod. locati, ut quaestio potestatis proprio auctori rescribat in Tribunali A. C. & præsertim super redditione rationum administratæ tutelæ, necnon super ejus remotione ob non præstitam cautionem, quæ consecutum legitimum inventarium, ac etiam omnem Hyacinthi incapacitatem ratione clericatus; Et quamvis ex parte rei conventi, contra quem in contumaciâ ad quamplura acta, etiam ad quandam sententiam processum fuerat, recufata jurisdictione petium fuisset remitti causam ad eandem M. C. Vicariæ, à qua tutelam succe-

7 Ut in his terminis specialibus, ac similibus, in quibus clericus pecuniam, vel aliam rem à iudice laico obtineat cum aliqua obligatione, plenè deducunt Capyc. Latr. consult. 103. n. 4. cum seqq. & copiosissimus modernus collector Cortiada decis. 20. n. 114. Quicquid enim fit de isto casu, in quo ratione omnimodæ incompetentiæ probabiles cadunt difficultates decidendæ pro Tribunalium, ac locorum sylis, iuxta ea, quæ plures casus distinguendo deducita habentur sub tit. de iurisd. disc. 94. & in quo relinquuntur locus veritati; Attamen ubi cessat ista ratio omnimodæ incompetentiæ, potiusque urget altera maioris competententiæ, ut intra, tunc nulla cadit ratio dubitandi.

8 Isto enim casu intrat altera certa conclusio, quod pro una, eademque administratione, utpotè individua, non tenetur tutor, vel alter administrator coram pluribus iudicibus respondere, sed solum coram deputante, seu non data deputatione cum præfata obligatione illi reddendi rationes, (quo casu data competententiæ habilitate, est absolutum,) ad id renetur in loco administrationis, adeo non datur privilegium, quod huic foro præiudicet, ex iis, quæ habentur sub tit. de iurisd. disc. 83.

9 Tum ex regula, quod rationes semel redditæ non sunt ampliùs reddendæ, nisi in casu erroris, quo convicto, revisio coram eodem iudice, seu eodem foro faciendæ est; Tum etiam quia profus irrationabile esset, ut tutor, vel alter administrator, qui cum sumptu, & incommodo, rationes nedum dedit, sed cum libris, aliisque scripturis, vel testibus eas iustificavit, ac liberationem reportavit, teneri debeat coram aliis iudicibus idem ex integro facere.

10 Et etiam quia oritur potest absurdum, cuius ratione intrat remissio omnium casuum ad unum iudicem, qui ratione præventionis, vel ex aliis circumstantiis magis competens reputetur ex pluries deductis sub tit. de iurisd. disc. 87. præsertim disc. 76. & seqq. & 87. quod scilicet in uno eodem puncto, plures diversæ, vel contrariæ sententiæ emanare possent, quia nempe unus iudex diceret rationes esse bene redditas, alter verò secus.

11 Scribentes pro oppositioe insitebant in eadem supra infirmata conclusione, quod rationes reddi debent in loco administrationis, replendo cum consueto improbo iuristarum labore chartas inanibus allegationibus, frustra desiderandis in hoc certo principio de quo d. decis. 73. de iurisd. & consequenter cum administratio maioris partis hæreditatis facta esset in Urbe, ratione locorum montium, hinc in eadem Urbe reddendæ essent rationes, cum hodie certum, ac receptum principium est, loca montium tanquam in Urbe erecta, ubi etiam definita est fructuum solutio, circumscripti loco, atque censerit esse in ipsa Urbe, ut apud Rojas decis. 66. n. 10. ubi plures alie recententur, Rovit. super pragmat. 1. de iur. & exaction. fiscal. nu. 66. & 80. & habetur pluries in hac locorum montium materia sub tit. de Regal. Satis etiam inculcando, quod ista loca montium maiorem partem assis pupillariorum efformarent.

13 Respondendam, scribens pro reo convento, id procedere posse, quando nulla per aliquem iudicem servatis servandis decreta tutela, vel administratione, illius intravit, seu exercitio de facto accederet, cum tunc in quolibet administrationis loco pro bonis ibi administratis huiusmodi intrusus ex dicta regula posset rectè conveniri, perinde ac si essent plures, ac distincti administratores, qui aliàs deputari poterint tanquam super diversis patrimonis, sibi que imputat administrator, cur in hoc se ingesserit, ideoque inconvenientia superius ponderata allegare non potest, quoniam rectè sibi replicaretur, quod pro locorum, seu provinciarum diversitate ita diversi administratores deputati fuissent, ut infra.

14 Inspectio etiam, maioris, vel minoris competententiæ, ad quem scilicet iudicem potius pertineat tutorem deputare, ut infra, percutit pariter casum, in quo adhuc res essent in feri, sed ubi est in facto esse, quia scilicet unus iudex habitaverit competens jam prævenit, omniaque perfecit, tunc nulla subsistit videtur ratio, cur tutor, qui ab uno deputatus est, eique se obligavit rationes reddere, atque cautionem coram eo præstitit, urgeri valeat ad reddendum rationes coram alio, cum administratio, ut supra fit unica & individua.

14 Quatenus verò pertinet ad articulum, in quo scribentes pro oppositioe nimium se diffundebant, ad quem scilicet pertinet deputare tutorem pupillo habenti bona in diversis territoriis; Quamvis sequaces opinionis Hugonis credant quemlibet iudicem dare tutorem in bonis existentibus in proprio territorio, quodque datus ab uno non pos-

sit se ingerere extra iurisdictionem dantis, nisi agatur de testamentario, qui ex iudicio testatoris, non autem ex potestate iudicis hanc debeat facultatem ex relatis per Bellon. jun. de iur. accrescent. cap. 10. q. 5. n. 5. & seqq.

Attamen hæc opinio magis communiter reprobatæ est, magisque fundata, & rationabilis est altera Azon. quam sequuntur Bal. Angel. Castr. & alii plenè relati per Bellon. jun. d. q. 5. n. 10. & seqq. Ideoque ab hac opinione recedendum non est, non solum, quia magis communis Doctorum calculo est recepta, sed etiam, quia maiorem habet convincentem, ac irrefragabilem rationem.

Tutor etenim datur principaliter personæ, secundario autem, seu accessorie bonis, ideoque dandus est per eum cui persona est subdita, cum sit individua, unde propterea pupillo clerico dandum esse per iudicem ecclesiasticum habetur collectum apud Sperell. decis. 1. numer. 3. & 4. (quidquid sit de coactione quatenus deputetur laicus ex deductis ibid. & apud Rovit. decis. 58.) Atque si quæ difficultas cadit, est inter duos æque competentes personæ, puta quia unus sit ratione originis, & alter ratione domicilii ex deductis per Bellon. jun. d. quest. 5. Situatio etenim bonorum operari potest competentiam circa actiones reales, vel rei perceptorias, aut aliàs iuxta dicta sub tit. de iurisd. disc. 75. nunquam verò subiectionem personæ non originariæ, nec domiciliaris.

Sed ad summum datur iudici loci, in quo sita sunt bona, facultas deputandi particularem curatorem, vel administratorem compatibiliter, cum tutore à proprio iudice pupilli deputato ex deductis per Bellon. dicta quest. 5. num. 32. & seqq. ac etiam inquirere potest, an adit cautio sufficiens, ut infra.

Et propterea cum tam defunctus, quam pupilla essent Regnicolæ, origine, domicilio, & feudo, ibique obisset pater, ac esset (ut dicitur) caput hæreditatis, iuxta eam quæ habentur dicto tit. de iurisd. disc. 87. ita absolutum remanebat, quod ille iudex, qui deputaverat, esse verè competens.

Ita etiam comprobante praxi, vel observantia, præsertim communis in Urbe in Magnatibus possidentibus bona, & feuda in pluribus ditionibus, ac frequentius in Civitatibus Januæ, & Florentiæ, & similibus induratum nationum, habentium multa bona in omnibus ferè mundis partibus, quod nempe, licet maior pars assis extra propriam ditionem consistat, adeo ut illius regionis angustiam, quid modicum sit id, quod ibi possidentur comparative ad alia, quæ in aliis Principatibus possidentur, at tamen si is moritur in patria, ibique est pupillus, ibi deputatur tutor, qui, ut dictum est, principaliter datur personæ, atque ab eodem tanquam representante personam domini, qui ratione ætatis per seipsum ejus bona administrare non potest, deputatur in aliis locis, & regionibus nudi administratores bonorum, non autem tutores.

Et quamvis, ubi agitur de feudatariis, ad regimen, & administrationem feudorum, quæ sunt in uno Principatu, non admittatur tutor, vel curator, qui à diversis Principatus iudicibus sit deputatus, quamvis illa ratione originis, vel domicilii pupilli, vel ex aliis circumstantiis esset magis competens in dicta deputatione, iuxta casum, de quo agitur sub tit. de feud. disc. 18. cum similibus; Attamen id provenit, quia tunc cessat dicta ratio individualitatis personæ pupilli, quæ in patrimonio aliodiali intrat, dum paganus de iure duplex, vel multiplex patrimonium non habet, sed intrat è converso ratio multiplicitatis personarum formalium in una persona materiali pro respectu diversitate, quod scilicet, quot sunt dominia, vel respectivè feuda, tot sunt diversæ personæ omnino distinctæ, unde propterea datur pluralitas patrimoniorum, ac etiam illa plurium hæredum insoludum ex iis, quæ habentur eod. tit. de iurisd. disc. 90. ac etiam pluries sub tit. de feudis, occasione concursus hæredis feudalis, cum pagano ad debita, ut præsertim d. tit. de feudis disc. 21. & seqq. & sic intrat subiectio etiam personæ, sed ubi ista ratio cessat, tunc præmissa in puncto juris de plano procedere videntur, nisi intret illa patrimoniorum multiplicitas quæ ratione diversorum statutorum consideratur sub tit. de success. ab intestat.

Hinc dicebam resultare decisionem tertii puncti super culpa, quæ tutore imputabatur, quod inventarium non confecerit, neque cautionem præstitisset, & quibus ex defectibus contra eum resultat sinistra suspicio, ob quam removeri meretur, ex iis, quæ cæteris relatis habentur dedu-

ANNOTAT. AD DISC. III.

AN, & quando clericus suscipiens tutelam, vel aliam administrationem à manu iudicis laici, coram isto conveniatur, videnda sunt ea quæ late habentur deducta sub tit. de iurisd. disc. 94.

Et ubi bona sunt in pluribus territoriis, quis dicatur iudex competens habetur, disc. 87. & 90. eod. tit. de iurisd. disc. 52. de Regular. ubi concordantes.

De tutore non conficiente inventarium sub tit. de Herede disc. 11. Et quando clericus prohibetur esse tutor vide 3 notata ad disc. 18. de feud. & sub tit. de Cred. disc. 119.

**I M O L E N T U T E L Æ
PRO LUCIA SASSATELLA
CUM INNOCENTIO DE GODRUNGHIS.**

Casus decisus per Rotam ut infra.

An, & quando lis actualis, vel habitualis, sufficientem inducat suspensionem pro tempore tutoris. De cautione per tutorem præstanda, quando dicatur idonea, eaque præstita, denuo alia dari debeat; necne.

An, & quando durante adhuc tutela, possit tutor cogi ad reddendum rationes administrationis: Et aliqua de educatione pupillorum, penes quem faciendæ sit.

S U M M A R I U M.

- 1 FAS series.
- 2 Resolutio cause.
- 3 Tutor item habens cum pupillo remouetur.
- 4 Declaratur qualis esse debeat.
- 5 Idem si tutor sit debitor pupilli, quod declaratur.
- 6 Quando dicatur lis magna, vel parva.
- 7 De circumstantiis, ob quas lis non attenditur.
- 8 De eodem.
- 9 Absentia tutoris, quando sit iuxta causam remotionis.
- 10 An cautione semel præstita, denuo præstanda sit prima deficiat, distinguuntur.
- 11 Quomodo dignoscatur, an cautio sit idonea.
- 12 Quando non sit multum inquirendum de cautionis idoneitate.
- 13 De cautela, ut iudex taxet certam summam tutore pro alimentis, & expensis.
- 14 Quando libris, vel notulis tutoris deferatur, necne circa expensas.
- 15 De Statuto mandante rationes singulis annis, reddi, Et quos casus non capiat.
- 16 Quod sit Statutum rationabile.
- 17 Quod capiat casus, licet de eis expressè non loquatur.
- 18 Super principiis certis laudabile non est auctoritates allegare.
- 19 Rationes tutelares semel sunt reddendæ finita tutela.
- 20 Tutores inter se dividentes, tutelam, teneant insoludam, & quando secus.
- 21 Ideoque contutor exigit ab alio rationes singulis annis.
- 22 Laudatur, ut idem iudex faciat ex officio.
- 23 De materia educationis penes matrem, vel tutorem.
- 24 De eodem, & quomodo id regulari debeat.

D I S C. IV.

AB intestato defuncto Cosimo de Godrunghis, superstitibus pluribus filiabus in pupillari ætate, istarum legitima tutela, ad limites juris communis, Lucia matri decreta fuit; Quia verò Statutum Imolenis disponit, ut mulieri, legitimam, vel dativam tutelam suscipienti, alter proximior ex latere paterno adiungi debeat; Hinc proinde, contutor deputatus fuit Innocentius patruus, Cuius hic pro communi viveret cum dicto Cosimo fratre, deventum est ad divisionem, qua sequuta, (ex prudenti consilio) præfata Lucia principalis tutrix portionem bonorum stabiliū locavit eidem Innocentio, cui etiam tradidit custodienda quamplura mobilia pretiosa, aliquibus pro quotidiano necessario pupillarum usu retentis, aliis venditis, bene investito pretio; Ad aliquod verò tempus

deducta apud Orthob. d. dec. 144. ubi concordantes quoniam, cum utrumque iam adimpletum esset coram iudice competenti, qui tutelam decreverat, hinc proinde in nihilo defecisse videbatur, unde propterea factus efficeretur.

Licet enim (ut pluries Prædicti Signaturæ advertebant) non ex eo quod tutor à iudice diversis Principatus, vel ditionis etiam cum majori competentia sit deputatus, prohibendum videatur alter iudex, sub cuius ditione sunt bona pupilli, ex officio inquirere, an eidem pupillo bene consultum sit cum idoneis cautionibus, & an inventarium, (respectu bonorum in eius ditione existentium) bene, ac fideliter confectum sit; cum aliàs dari posset casus, quod iudex loci originis, vel domicilii, qui tutelam, decrevit, habendo solum rationem, ac notitiam de bonis in eius ditione existentibus, minus idonea cautione contentus esse potuerit; Sive quod ibi non integrum, ac minus fidele inventarium confectum sit, idque coram iudice non informato convinci non valeat.

Attamen dicebam, id rectè procedere, ad effectum, ut idem tutor docere teneatur de idoneitate jam præstitæ cautionis, ac integritate jam confecti inventarii, quodque alias locus esse posset provisioni compatibili, cum iure habituali tutoris, Quinimo deputationis curatoris, ut supra; Non autem quod exinde dici possit culposus, ob cautionem coram isto diverso iudice non præstitam, sive ob inventarium coram eo non confectum.

Demum, quoad ultimum punctum objectæ incapacitatis ratione clericatus, difficultas cessabat ex solo facto, in quo docebatur, quod Hyacinthus quamvis aliàs prima tonsura initiatus, postmodum uxorem duxerat, atque habitu & tonsura clericali dimissis, vivebat in statu merè laicali; Ac ulterius dicebam, quod de hoc pertinebat cognoscere ad eundem iudicem, qui deputaverat, cum ad eum, qui instituit, destitueret pertineat ex regula text. in 1. ubi ceptum de iudic. Cum enim tutela, quia datur personæ, sit quid individuum, non videtur quomodo possit simul stare, ut idem sit tutor & non tutor.

Verum ubi etiam esset clericus, adhuc deducebam in idem eadem, quæ habentur deducta d. disc. 18. de feudis, 21 quod scilicet quamvis per text. in §. Deo amabiles auct. de sanctissimis Episcopis, l. generaliter, Et auct. sed bodie C. de Episcopis, Et cler. ac etiam per canones in decreto registratos in c. Cipriani 21. quest. 3. & cap. fin. 86. distincti. cum concordat quos deducunt Scribentes plenè collecti per Card. de Grass. de effect. cleric. offic. 18. & per Bellon. disc. iurisd. Clerical. tit. de disciplin. cleric. §. 22. regula fit, quod clericus tutelam testamentariam, vel dativam exercere non possit, nisi agatur de miserabilibus personis, bene tamen legitimam consanguinorum, unde propterea sylus est obtinendi Apostolicam licentiam, ut dec. 116. n. 16. p. 4. rec. 10. 2; Attamen id rectè procedit ad effectum, ut ad hoc munus aliàs regulariter necessarium, cogi non valeant, quodque clericatus sit iuxta causam excusationis, non autem, ut eos volentes inhabilitet, ex deduct. d. disc. 18. de feudis.

Tunc etenim videretur quod ipsos etiam volentes Episcopus vel alter Superior prohibere posset; quando (iuxta regionum mores) ageretur de illa mercenaria tutela, vel cura, quæ ad industriam & negotium potius exerceretur, ita taliter, quod scandalum parere posset; Sivè, quod tutela clericum cogeret ad se immiscendum negotiis secularibus seu nequendum curam, vel cultum Ecclesiæ sibi commissæ; Non autem, quod coram alio iudice per privatum oppositorem de hac inhabilitate obici valeat, quodque probus clericus volens, dictis inconvenientibus cessantibus, prohibendus veniat exercere hoc laudabile charitatis opus atque velit non eludere fidem, quam de ipso testator habuerit, quia sciat eius probitatem in adeo periculosa materia, ob adeo magnam penuriam eorum, qui hoc munus fideliter & ex motivo charitatis erga pupillos, & orphanos exerceant adeo viros ecclesiasticos, & pio hodie potius expedire cogere.

S U M M A R I U M.

- 1 De clerico suscipiente tutelam à manu iudicis laici.
- 2 Qui dicitur iudex competens ubi bona sint sparsa in diversis locis.
- 3 De tutore non conficiente inventarium.
- 4 Clericus an possit esse tutor.

- 4 Idem de factis, remissis.
- 5 De tutoribus honorariis, quod non teneantur nisi in subsidium.
- 6 Tutela est individua, & penes omnes in solidum.
- 7 De tutoribus notitiæ, vel consilii causa ad quid teneantur.
- 8 De quarta specie tutorum favoris, ac protectionis, & superintendentis causa, & ad quid teneantur.
- 9 De qua specie in isto casu agatur.

DISC. V.

CUM ex Cardinalis de Toledo dispositione, Apostolica auctoritate, alicujus Cappellani in Basilica S. Mariæ Majoris erectæ essent, bonorum autem Cardinalis prædicti venditio, ac pretii investimentum cum multiplici, & alia ad hunc effectum demandata, commissa essent quibusdam administratoribus, subordinatis tamen eisdem Basilicæ Capitulo, cui superintendencia commissa fuit; Hinc occasione visitationis Apostolicæ hujus Ecclesiæ, ejusdem visitationis promotor fiscalis, super hujusmodi administratione plures excitavit difficultates contra Capitulum, & præsertim, quod dictæ administrationis rationes reddere teneretur, aut reliquorum restituere, etiam pro dictorum subordinatorum administratorum facto, & culpa, vel negligentia.

Scribens ego pro Capitulo dicebam, quod ubi etiam procedendum esset cum assumpto, cum quo dictus procurator fiscalis, ac adherentes procedebant, ut scilicet Ecclesia regulanda sit jure pupilli, & consequenter, quod illi, quibus incumbit administratio, censendi veniant jure tutorum, ex his, quæ occasione tacite hypothecæ habentur in Anconitana sub tit. de cred. d. 39. & in aliis; Adhuc tamen in hac facti specie ad nullam redditionem rationum, vel aliam, Capitulum teneretur, nisi constaret de adeo ejus græve culpa, quæ dolorem redoleret.

Ut enim cæteris relatis habetur apud Capyc. Latr. conf. 58. ubi referuntur Gutierrez, de tutel. Munoz. de ratioc. Surd. & cæteri, plures tutorum species distinguuntur; Primò scilicet eorum, qui simpliciter à testatore, vel à Judice deputantur ad tutelam administrandam, ipsique munere acceptato, inter se, administrationem dividunt, sive uni tantum committunt, & tunc, quidquid sint inter eos, ut qui administravit alius rationes reddere debeat, eosque indemnitas relevare; Quatenus pertinet ad pupillum, imple contra omnes, puram, ac directam habet actionem in solidum, eo quia tutela est individua, atque testator, seu Juxta, omnium fidem sequutus est, unde propterea non intrat ordo subsidii, vel necessitas excussionis, ex deductis disc. præced.

Quo hæc ubi etiam in factis, quod si ex conventionne inter eos unum negotium sociale administraret, imple tenetur alius rationes reddere, eosque relevare à molestiis, quas illi recipere ratione reliquas per ipsum debiti, sed quoad credentes societati, atque cum negotio sociali contrahentes, ejusque fidem sequentes, non intrat hæc distinctio, sed omnes tenentur in solidum; Quinimò etiam illi, qui ex occultata, seu non bene publicata conventionne, à societate discessissent, ut advertitur in dicta sua materia sub tit. de credito, præsertim disc. 75.

Alteræ tutorum species est eorum, qui honorarii in jure dicuntur, quod scilicet testator, vel Juxta, plures deputando, uni, vel aliquibus tantum actualem administrationem decerneret, aliis vero habituales, qui tamen adhuc sunt veri tutores, adeo ut debitorum, data bona fide, aliique requisitis eis bene solvant; Et tunc intrat dictus ordo subsidii, quod scilicet, prius pro redditione rationum, ac restitutione reliquas, tenetur ille, qui administravit. Alii vero in subsidium ad Text. in l. tres tutores, §. Non solum ff. de administr. tutor. cum concordant de quibus dicta consulti. 58. Capyc. Latr. & admittitur per allegatos disc. præced. super conclusione, de qua supra in prima specie obligationis omnium in solidum.

Tertia est eorum, qui dicuntur notitiæ causa, qui verè, ac propriè non sunt tutores, neque veram tutelam habituales habent, dum in aliis speciebus præcedentibus tanquam individua penes omnes in solidum habitualiter esse dicitur, quamvis exercitium diversimodè divium sit, juxta ea, quæ super juribus individuus habitu existentibus penes omnes, ac eorum quemlibet in solidum, quamvis diversa sit exercitii divisio habentur deducta sub tit. de feud. disc. 8.

Isti etenim tutores, qui ad solam notitiam, vel instru-

tionem deputantur, dicuntur potius tutorum ministris, seu consiliariis tanquam bene informati, prout attento antiquo Romanorum uti erant liberi, atque hodie sunt illi, quos factores, ac institutores, seu vergarios, & massarios dicimus, quorum opera defunctus in ejus honorum administratione uti solebat, quoniam prudenter tutoribus inungiuntur, ut causa notitiæ, eorum opera, atque consilium adhibeant; Istique neque in subsidium generaliter tenentur ex facto tutorum, & pro universa administratione, eo modo, quo tenentur honorarii, juxta prædictam secundam speciem, sed tenentur solum circa consilium, vel notitiam non bene datam ad Text. in l. 1. Cod. de periculo tut. ubi Scribentes collecti per Barbol. in collectan. ad eundem Text. Capyc. Latr. diff. conf. 58. numer. 14. ubi allegantur Gutierrez, Barz. & alii, ibique de hac specie propriè agitur.

Quamvis autem ad istas tres species, DD. restringere videantur, Attramen, juxta id, quod pluries praxis, seu experientia me docuit, quarta etiam species constituenda videtur illorum, qui nedom honorificentia causa tantum, juxta secundam speciem, sed principienter ex causa protectionis, & cujusdam talis qualis remota superintendentia supra tutores deputantur, puta (ut sæpè expertus sum) quod uno, vel pluribus conjunctis, vel amicis à testatore deputatis in tutores quibus privata fortunæ viris, pro qualitate patrimonii, & pupilli, tutela congruat; Sub nomine etiam tutoris ex dicta protectionis, vel superintendentia causa, unus, vel plures Cardinales, vel Magnates primi ordinis deputantur, quoniam in istis nullatenus recipienda sunt, quæ de tutore simpliciter honorario, juxta prædictam secundam speciem habentur; Minuque ea, quæ habentur de tertia specie tutorum notitiæ, seu consilii causa; Quinimò neque ea, quæ habentur ad materiam Text. in l. idemque §. si quis mandari. cujus verba registrantur apud Capyc. Latr. d. conf. 58. n. 16. quia scilicet demandatum sit cum ejus interventu negotia prædicare deberi, quod consilio equipollere videtur, dum in istis neque dicta ratio intrat, sed solum, ut dictum est, illa favoris, ac protectionis, qua mediante tutores melius administrationem facere, ac negotia pupillaria pertractare valeant; Nec non, ut ita etiam tutoribus, aliique ministris, aliquis incutatur timor, ut bene se gerant; Et consequenter, non dato positivo dolo, ad nihilum isti teneri debent, ut recepta praxi docet, ipsaque legalis, ac naturalis ratio comprobatur.

Applicando autem ad rem; Dicebam probabilius videri, ut in hac ultima specie, ex facti qualitate, & circumstantiis, potius versarimur, quod scilicet deputatis hujus hereditatis administratores, quibus admittentur tutorum terminum congruere, etiam cum dicta distinctione inter eos, atramen quo ad ad qualificatum Capitulum, favoris, ac protectionis gratia pro superintendente deputatum esset, potissimè quia administratoris titulus, ac minus ei incongruus, cum etiam bona propria per alterum administrare cogatur, ideoque esset superintendencia, juxta quartam speciem, adeo ut neque subsidiaria actio intraret, nisi quatenus administratorum deputatio colposè ab eo facta esset, adeo ut culpam ob malam electionem, actio ad id, quod intererit, intrare possit.

Istoque casu, alia eaderet inspectio, an posita dictæ actionis competentiaria, ea solum exercibilis esset contra singulos tunc in Capitulo intervenientes, qui de culpa redargui valeant, non autem contra ipsam Capitulum, in præjudicium eorum qui tunc non intervenerant, vel successorum; Id autem examinatum non fuit, dum unica tantum disputatio habita desuper fuit ad effectum evitandi puram, ac directam Capituli obligationem in redditione rationum, deinde amplius de causa actum non audivi, quia fortè per illos, qui administraverant, bene rationes reddite fuerint, unde propterea desuit occasio enformandi desuper maturum judicium.

ANNOT. AD DISC. V.

DE tutore minus legitimo, qui de facto administravit, ac pro tutore se possit, habetur infra disc. 9. & 11.

SPOLETANA TUTELE PRO PETRO PAULO FONTANA CUM HEREDIBUS DOMINICI.

Causa disputata coram A.C. incertus est exitus.

DE redditione rationum tutelarium, ad quam tenetur illa, qui tutelam acceptavit, vel ejus heres; Et quando acceptatio sequi dicitur, quamvis alia solemnitas non adimpleverit.

AN tutor negotiari, seu mercari valeat pecuniam, & bona pupilli; Et quid ubi agatur de continuatione illius negotii, quod pater exercebat; Et an ante redditas, ac dispendatas rationes, tutor cogi valeat mantentionem in possessione, vel eorum retentionem, & quando.

SUMMARIUM.

- 1 Ad scriber.
- 2 Acceptatio tutelæ inducitur per unicum actum.
- 3 Declaratur.
- 4 An pupillus obligetur ex facto tutoris, qui non implevit solemnitas.
- 5 Tutor non implet solemnitas potest removeri.
- 6 Sed si administravit tenetur reddere rationes.
- 7 De conclusione, quod qui se gessit pro tutore, tenetur solum de eo, quod administravit.
- 8 De eadem distinctione in additione hereditatis.
- 9 De equivoce in ista materia.
- 10 Obligatio reddendi rationes transit ad heredes.
- 11 Quod rationes non possunt bene reddi sine liberis.
- 12 Contrarium, quod etiam reddantur sine liberis.
- 13 Quid referat libros adesse, necne.
- 14 De librorum equipollentia.
- 15 Administrator ante redditas rationes non dicitur debitor, vel creditor, sed solum datur actio ad factum.
- 16 Proccidit id in pecunia, & aliis consumptibilibus.
- 17 Quando etiam ante redditas rationes condemnatur ad certam quantitatem.
- 18 De eodem, cum declaratione.
- 19 De altera declaratione conclusionis, de qua n. 17.
- 20 In bonis stabilibus, vel equipollentibus tutor non datur pupillo restitutionem.
- 21 Rejicitur opinio voluntarium ei dari retentionem.
- 22 Quod tutori competat mantentio in possessione bonorum.
- 23 Declaratur quando id lectum habet.
- 24 De alia declaratione ejusdem conclusionis.
- 25 Idem quod dictum de stabilibus, vel equipollentibus, procedit in mobilibus consentientibus universitatem.
- 26 Quod in his bonis facilius intrent ea, quæ habentur numero 23. & 24.
- 27 In mobilibus singularibus procedit etiam idem favore pupilli.
- 28 Quid ubi tutor dicit non extare, sed esse distracta, & de cautela.
- 29 De applicatione ad casum controversie.
- 30 Tutor non potest exponere pecuniam pupillarem negotiationibus, & quando possit.
- 31 Tenetur cum investire in bona, & jura tuta, & negligendo, ad quid teneatur.
- 32 Quando excusetur.
- 33 Quod magis expediat facere investimenta minoris fructus.
- 34 Quando tutor continuando negotiationem excusetur.
- 35 De nova societate, quæ mortuo socio intri dicitur continuando, & ubi sit materia sedis.
- 36 Quando non procedat conclusio, de qua n. 34.
- 37 De propositione, quod tutor excusetur tractando negotia pupilli sicut propria.

DISC. VI.

DESUNDO Jo: Bernardino Fontana, superstiti Petro Paulo filio pupillo, cui tutorem deputavit Dominicus ejus frater, cum quo pro communi negotium fundacale pannorum, aliarumque mercium in Urbe exercebat; Cum dictus Dominicus, idem negotium ita per aliquod tempus continuasset, deinde se absentando, quamdam societatem cum aliis inisset, istudque novum socia-

le negotium notabilem jacturam passum esset; Hinc pupillus factus major, contra tutoris heredes judicium super redditione rationum coram A.C. instituit; atque in dispositionibus desuper habitis, quatuor fuerunt punctis; Primò scilicet, an locus esset obligationi redditionis rationum, stante quod non constabat de formali acceptatione tutelæ cum implemento solemnium; Secundò, quatenus ad id teneretur, stante, quod libri tutelares confecti non erant, an sine istis rationes reddi possent; Tertio, an ante rationum redditionem idem tutor cogi posset ad restitutionem bonorum pupilli in patria existentium, ac etiam illius quantitatis, quam bene constabat, & non negabatur remansisse in dicto negotio fundacario penes eundem de tempore mortis; Et quartò demum, an idem tutor potuerit continuare dictum mercionium, deindeque dictam societatem inire, adeo ut dampnum quod contigit, ejusdem pupilli, vel respectivè tutoris esse deberet.

Super primo, modica fuit difficultas, quoniam ex instrumento publico dictæ societatis initæ tutorem pro pupilli portione, undè propterea exinde clarè probata remanebat tutelæ acceptatio, quæ etiam per unicum actum univocum, & explicitum sequi dicitur, ad Text. in l. ita autem §. Gessisse ff. de administr. tutor. cum concordantibus apud Mantice disc. 119. num. 9. & passim.

Difficultas etenim cadit, quando non constet de aliquo actu expresso, & univoco, sed acceptatio deducatur ex actibus tacitis, vel implicitis, qui sint æquivalentes, atque ad alium titulum referri valeant, super quo tamen opus non fuit inspectionem assumere, dum habebatur actus explicitus, & univocus, alique plures in facto per causæ Patronum ponderabantur, unde propterea iste primus punctus remanebat planus.

Neque suffragari poterat, quod sequuta non esset formalis acceptatio in iudicio, cum implemento solemnitatum, undè propterea verus, ac legitimus tutor dicendus non esset, quoniam ad duplicem effectum de hujusmodi implemento quæri solet; Primum scilicet proficuum ipsi pupillo, nè ex facto minus legitimi tutoris, qui solemnitas non adimplevit, obligatus, vel præjudicatus circumstantiis, nisi quando publicitas administrationis, alique circumstantiæ bonam fidem, ac justam credulitatem in altero contrahentes inducentes, illum excusent, ex his, quæ habentur apud Franch. de off. 206. ubi Add. Greg. & Adden. de off. 31. Mantice. dec. 11. n. 5. Buratt. de off. 344. n. 20.

Et secundò, ut implemet tutor in iudicio repelli valeat, tanquam non habens legitimam personam; Sive quod id eum culpofum convincat, unde suspicet, ac sue remotionis causa resultet, ex deductis apud Orthobon. dec. 144. ubi concordant, & supra Romano, seu Marcelliano disc. 3.

Secus autem quod hunc effectum suæ obligationis reddendi rationes, quoniam justum non est, ut culpa ei proferat, atque melioris conditionis sit tutor culpofus, qui solemnitas non adimplevit, quam non culpofus, qui legi obediendo, omnia implevit, ut cæteris relatis Gutierrez. par. 13. cap. 1. num. 10. Seraph. dec. 1473. dec. 3. par. 6. rec. & dec. 297. n. 16. & seq. par. 10. & in aliis, cum videatur principium certum dictæ irrefragabili rationi innoxium, ideoque auctoritatum testimonio non indigeat.

Et quamvis in aliquibus decisionibus habeatur, quod ille, qui formiter tutelam non suscepit, sed solum pro tutore se gessit, teneatur tantum reddere rationes de his, quæ constet ad ejus manus obvenisse, aliique gestis, non autem de neglectis, ac aliis, in quibus se non ingessit; Attamen propositio est vera, sed frequens æquivocum sumi solet in applicatione; Proccidit etenim in eo, qui nullum in legitima, vel testamentaria tutela titulum, vel officium habet, sed solum de facto, quamvis extraneus in aliquibus pupilli bonis, vel juribus se ingessit, cum non exinde resultet acceptatio illius tutelæ, quæ sibi delata non erat, & consequenter dicitur ita impropiè se gerere pro tutore, sed reverà, nec acta, nec habita est talis; Secus autem ubi testamentaria, vel legitima, tutela sibi delata est, atque habitualiter competi, tunc etenim eo ipso, quod unicum gerit actum tutelarem tutelæ acceptatione resultat, juxta super allegatum Textum in l. ita autem §. Gessisse ff. de administr. tutor. & de consequenti resultant omnes obligationes tutori incumbentes, eo majores, ubi in solemnitate implemento deficit, cum ita magis suspectus, atque culpofus reddatur, ideoque etiam de neglectis, ac non administratis, quæ administrari debent, rationes reddendæ sunt, ut ita distinguendo habetur in

Romana domus 17. Martii 1649. coram Bichio inter suas decis. 380. num. 17.

Et habemus a simili hanc distinctionem in hærede, ex iis, quæ pluries habentur in suis respectivè materiis sub tit. de hærede, ac sub altero de credito; Si enim extraneus, cui nullum jus in hæreditate competit, de facto se ingerat in aliquorum bonorum hæreditariorum possessione, aut exactione nominum debitorum, sive quod alias pro hærede se gerat, tenebitur siquidem restituere totum id, quod ad ejus manus obvenit, sive rescere vero hæredi, vel hæreditati damna, & interesse, ex ejus malè gestis resultantia, ac etiam ubi dolus accedat, subjacet crimini expilatæ hæreditatis, cui subiacet extraneus, non autem ille, qui legitimum hæredis titulum habet, ex firmatis decis. 108. num. 9. post Merlinum de pignori. & infamatur supra in eadem causa, in qua dicta decisio prodit sub titulo de alienat. & contract. Non per hoc tamen ex hujusmodi actibus resultat generalis aditio juxta terminos Textus in l. geris, & l. pro hærede, sive acquir. hæred. cum concordantibus plenè deductis per Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. & sequent. & in dicta sua materia sub titulo de hærede; Et consequenter sibi imputari non potest, quod inventarium non confecerit, idèque resultet ejus obligatio infolidum, etiam ultra vires ad omnia debita, & legata juxta terminos textus in l. finali. §. Et si præfatum, Cod. de jur. delibet.

Secus autem in eo, cur testata, vel legitima hæreditas, de jure delata est, unde habitualiter sit hæres universalis, quoniam faciendo hujusmodi actus, etiam unicum, qui citrà jus, ac nomen hæredis fieri non valeat, neque ad alterum legitimum hæres proficuum titulum sit referibilis, ita efficitur magis, omnique effectus resultant; Sicuti è converso non subjacet crimini, ac poenis expilatæ hæreditatis, quibus subjacet ille, qui nullum jus habituale habet in hæreditate; Sic à pari.

Et tamen fortè centies in judicio (cum inexplicabili passione) expertus sum hoc æquivoquum, quod capiendò dictas vel similes decisiones, & auctoritates ad litteram, ut ille, qui testamentarius, vel legitimus tutor formiter in judicio talis declaratus non esset, neque cautionem præstisset, minusque inventarium confecerit, teneri non deberet de neglectis, alique damnis, quæ ita pupillus passus est, sed solum de gestis per eum, ac de bonis ad ejus manus obventis, quo nil absurdum.

Postea verò acceptatione tutelæ, ac successivè obligatione reddendi rationes, planum remanebat, ut hæc actio exercibilis esset contra defuncti tutoris hæredes, qui in hoc passivo jure eum prærepresentant juxta Text. in l. 2. cum sequentibus Cod. de tutel. & l. 2. §. Hanc autem ff. de tutel. & rationibus distrahendis cum concordantibus plenè collectis per Montan. de tutel. cap. 38. num. 50. & sequentibus, Rot. decis. 69. par. 11. recent. num. 1. & apud Buratt. & Add. dec. 57. num. 9. ac passim.

Quoad secundum punctum, ac scilicet rationes reddi possent sine libro tutelari; Quamvis ego scribens pro pupillo; Advocati more inculcarem obligationem tutori incumbentem conficiendi hunc librum, in quo distinctè, ac ordinariè, juxta singula tempora, non autem in consilio omnes partitæ dati, & accepti descriptæ sint, quodque, alias in culpa dicitur, neque imperfectus notulis, vel liberculis, seu libro de recenti confecto deferendum sit, ex iis, quæ in hac materia libri tutelaris, cæteris relatis plenè deducta habentur apud Orthobon. decis. 101. & Cell. decis. 142. quæ decisiones sunt ædite in casu, de quo discuss. 199.

Attamen admittitur (& merito) opinio, quam Rota, & Curia sequitur, ut rationes etiam sine libro reddi valeant, ac firmatis apud Greg. & Add. decis. 199. & 274. d. decis. 165. num. 15. par. 11. rec. ubi concordantes; Siquidem defectus libri, inducit quidem in tutore culpam, ac suspitionem, unde propterèa gravatur rigorose omnè justificandi aliunde veritatem, quæ alias ex solo libro bene tentio probata remaneret, non tamen exinde resultat, ut impossibile sit rationes reddere, quodque propterèa perneesse intret juramentum in litem, ut aliqui opinantur, dum solum resultat dictus effectus majoris oneris.

Potissimè verò, ubi ex administrationis qualitate resultat, ut liber prædictus non sit ita præcisè necessarius, quia nempe accedat æquipollens, ut in hac facti specie contingebat, dum major pars assensu consistebat in hoc fundaco, in quo libri negotii more mercantili tenentur, ita æquipollentes; Alii verò effectus existentes in patria erant modici, ac de facili justificabiles, idèque ista quæstio uniformem regu-

lam generalem recipere non videtur, sed pro facti qualitate decidenda.

Circa tertium punctum, an scilicet, tutor ante redditas, ac dispanctas rationes ad aliquod certum restituendum teneatur, fortè fuit major disputatio; Scribentes etenim pro hæredibus tutoris, totum negando, insistebant in conclusione, quæ penè quotidiana est, ac sæpissimè recepta, ut administrator ante redditas rationes, dici non potest, nec debitor, nec creditor, quoniam ex rationum dispanctione potest remanere creditor, idèque contra eum alia non competit actio, nisi ad factum redditionis rationum per multam, aliaque remedia, non autem ad certam rem, vel quantitatem, ut ad nauseam de more colligit Girb. decis. 15. Surd. decis. 184. Buratt. decis. 58. 123. & 433. Rot. dec. 228. par. 11. rec. & sæpius.

Verum, & in hoc frequentius æquivoquum cadere solet, ita simpliciter, ac indefinitè capiendò istam conclusionem, in suis casibus veram, non autem cuiuscumque applicabilem; Idèque cum casum distinctione procedendum est; Primum igitur casus est, ubi agatur de pecunia, seu nominibus debitorum, aut bonorum fructibus, alique mobilibus, quæ servando servandi non possunt, atque functionem in genere suo recipiunt, ad eum restituendo importet debium qualitatè, & tunc rectè procedat, dicta conclusio, atque in his terminis quæstionem tractat Girba d. dec. 15. occasione agendi de socio administratore, unde incidenter adhibet istos terminos tutoris, & supponitur apud Surd. & Buratt. ac alios ubi supra.

Huic tamen supra congruit quoque limitatio, ubi administrator legitime monitus, esset contumax, atque non curaret rationes reddere, quoniam si constaret de certa, & determinata summa, vel quantitate, quæ in sorte principali ab initio sibi data esset in administrationem, juxta casum de quo agit Girba ubi supra, vel similem, ut verificabile frequenter videtur, quando aliqui deur pecunia ad negotiandum juxta casum, de quo pluries sub tit. de usuris, præsertim d. 1. Et tunc, quia in dubio præsumenda non est jactura, seu diminutio sortis, hinc proinde si administrator, cum pactis vel clausulis executivis se obligavit eam restituere, ac rationes reddere, juncta contumacia, rectè contra eum proceditur ad condemnationem talis certæ summe, vel quantitatè, atque isto casu procedunt ea, quæ pro ratione dubitanti deductur apud Girb. dec. 15. in princip. ut cæteris relatis plenè habetur dec. 332. n. 3. & seq. p. 10. rec. ubi concordantes.

Secus autem si ille, qui petit rationes reddi, præterdat debitum provenire ex lucris, vel ex fructibus diversis temporibus obventis ex bonis administratis, quorum substantia salva sit, cum tunc sit debitum, quod oritur ex ipsa administratione, idèque perneesse ista discursu debet, cum tunc non intret dicta ratio, quæ congruit certæ summe, vel quantitatè, quæ ab initio in sorte principali data sit, sed solum intrat actio ad factum juxta dictam dec. 228. p. 11. rec. cum concordantibus.

Cessante verò contumacia, quia se licet exhibeantur rationes, sed per eum, cui dandæ sunt, præterdatur easmalè redditas esse, vel quia partitæ accepti non sint integre, vel quia illæ dati, non sint justificatæ, Aut, quod aliò defectu laborent, & tunc non intrat condemnatio, præsertim in judicio executivo ad certam summam, vel quantitatem, sed declaratio, quod rationes non bene redditæ sint, & respectivè condemnatio, in judicio ordinario, prævia formali liquidatione fieri debet juxta distinctionem, de qua pluries sub tit. de cred. & sub altero de hærede, super puncto, an & quando contra hæredem pro debito defuncti directè, & executivè in persona, & bonis propriis procedi valeat, ut scilicet affirmativè respondendum sit in casu contumaciæ exhibitionis inventarii, & rationum, secus autem si exhibeat, sed in inventario, vel rationibus præterdantur defectus, quoniam de hoc in judicio ordinario discutendum est, in his terminis advertitur d. 199. seq.

Alter casus est, ubi è converso agatur de bonis stabilibus extantibus, vel quæ stabilium loco habenda sint, ut sunt census, & loca montium, ac similia; Et tunc è converso non dubitatur, ut tutor, pupillo factò adulto, sive administrator domino, ac principali ea restituere teneatur, neque retentionè allegare valeat sub prætextu, quod remaneret creditor ex causa administrationis, ex eadem ratione illiquiditatis, quodque pendente rationum redditione, ac dispanctione, quemadmodum dici non potest debitor, ut supra, ita neque creditor.

Et quamvis Font. dec. 544. in hoc se involvere videatur, opi-

opinando quod conclusio innitatur exclusioni compensatio- nis, quæ diversa est à retentione, quodque aliud est compensare, aliud verò retinere, plerique demur casus, in quibus denegeretur compensatio, sed detur retentio, pro qua in his terminis concludere videtur, Attamen, & hoc æquivo- cum est, quoniam ut pluries habetur in dicta sua materia titul. de cred. etiam pro retentione requiritur creditum certum, & liquidum, quale dici non potest illud, quod pendet à rationum redditione, ac discussione.

Proul licet quandoque Rota responderit pro manutentione in possessione, vel detentione bonorum ad favorem tutoris, præsertim apud Seraph. dec. 77. & 82. & apud Duran. decis. 269. & 328. repetit. apud Post. de manu. dec. 322. & 329. quartum decisionum exemplo idem Font. dec. 544. advertit eandem praxim in eo Senatu introductam esse, duas decisiones referendo pro tutoris manutentione; Attamen æquivo- cum quoque est, id simpliciter sumere, ut tutor in possessio pendente redditionè rationum obtinere debeat contra pupillum factum adultum, vel majorem; Est enim dare magnum inconveniens, ut ita tutoris, vel administratoris, dominum spoliarent, atque in spolio se conservare possent diuturno tempore, in quo hujusmodi lites super redditionibus rationum durare solent, quo nil absurdum.

Eatenus verò id recipiendum est, quemvis iusta causa ex facti circumstantiis accedat, ob quam judicis officium, vel arbitrium, tutoris favore intret, puta quia mortuo pupillo, contentio sit cum præterito defuncto, qui de facto se intruserit in possessione tanquam vacanti, cum hæc verè talis dici non valeat ob detentionem, quam tutor, vel administrator de facto habet, in qua manutentionis est ratione interesse, quod habet, ut bene satisfaciatur ejus obligationi de restituendo, atque in his terminis procedunt citatæ decisiones Seraph. & Duran., ut etiam advertitur per Post. de manu. observ. 53. num. 27.

Idemque iustum motivum contra ipsummet pupillum concurrat in casibus relatis per Fontanell. d. d. decis. 154. quod scilicet pupillus, finita ætate pupillari, adhuc tamen minor absque legitima provisione curatoris, de facto in possessione, ac administratione bonorum se ingererat, quod illi ætati adhuc imperfecitæ, & periculose frequentius non congruit, idèque prudenter ita provisum est, Et consequenter ista est quæstio potius facti, quam juris, in qua erroneum est generalem regulam pro manutentione tutoris, vel administratoris statueri, quoniam juris regula generalis est potius in contrarium, bene tamen pro facti qualitate, prudenti officio, vel arbitrio, quandoque limitanda ex iusta causa dictum arbitrium regulante.

Tertius est casus, ubi agatur de mobilibus, vel semoventibus, quæ tamen corpus, vel universitatem constituent, ut sunt grex, taberna etc. juxta distinctionem Text. in l. cum taberna ff. de pign. de qua pluries sub tit. de credito, & sub tit. de usur. & alibi, & tunc in hujusmodi corporibus, vel universitatibus extantibus, in omnibus dicendum venit idem, quod de stabilibus, vel æquipollentibus, in casu proxime præcedenti habetur.

Bene tamen, in hac bonorum specie, facilius ex judicis arbitrio intrat dicta limitatio; Tum quia majus urget dispanctiois periculum; Tum etiam, quia majus dignoscitur tutoris, vel administratoris interesse super modo faciendi restitutionem, seu confiscationem, dum hæc diligentem, ac distinctam descriptionem exigit, in stabilibus non necessariam.

Quartus demum est casus bonorum mobilium, vel semoventium, quæ juxta dictam distinctionem jure singulari, non autem universitatis considerentur, & de quo propriè agit Surd. d. d. decis. 184. quæ in hac materia circumfertur tanquam magistralis; Et tunc, ubi ipsa bona in specie extant, ad eum non negetur existentia, sed solum aliter legatur retentio, ex eo quod administrator præterdat remanere creditor, quicquid Scribentes variant, probabilius est ut in hac bonorum specie, idem dicendum sit quod in secunda, & tertia dictum fuit, cum eadem admittimus intrent rationes, quoties extret.

Aur verò, (ut frequenter contingit) tutor negat existentiam, quia nempe dicatur distractisse, vel pignoratitice eo causa administrationis, ac ob ejus expensas, & occurrentias; Et tunc quæstio ex prudenti pariter arbitrio decidenda videtur pro facti qualitate, an scilicet allegata distractio, & contumptio sit congrua, & verisimilis, vel potius verisimilis, ac redolens affectatam cautelam; Unde propterèa, dum adolefcentis addiscebatur praxim Sacri. Consilii Neapolitani, vidi quandoque laudabiliter prædic-

cari debere monui, & quandoque obtinui, prævisionis scilicet termini tutori, vel administratori ad exhibendum libros, non per viam formalis redditionis rationum, earumque discussionis, sed pro summaria informatione, ac bonorum allegata distractio, verisimilitudinis fomentum haberet, necnè, vel potius esset dolosa occultatio sub hoc prætextu velata; Et consequenter est quæstio facti potius quam juris, prudenti arbitrio pro facti qualitate decidenda; Ponderando etiam ea, quæ circa merces alienas, quarum distractio à tertio emptore allegabatur, habentur sub tit. de Regal. d. 129.

Quare applicandò ad hanc facti speciem, dicebam, quod ubi ipse fundacus, quem habet defunctus pupilli pater, hodie existeret, illeque per tutorem, vel ejus hæredes possideretur, utique retentio allegari non posset, quamvis non adessent merces extantes de tempore susceptæ tutelæ ob subrogationem aliarum earum loco cedentium juxta dictos terminos Text. in l. cum taberna; Sed si fundacus amplius non extabat, unde propterèa tutoris obligatio remanebat in pretio, seu quantitate, tunc incipit condemnationis locus esse non poterat, sed solum ad actioni ad factum redditionis rationum, ut est propriè casus, de quo in alia Spoleatana, in qua pariter scribebam d. dec. 228. par. 11. rec.

Demum quoad quartum punctum, an scilicet tutor dictum mereimonium continuare potuerit, ex quo pendebat decisio, an jactura, quæ in negotio congerit, ubi etiam non culpa, sed casualis fuisse, tutoris vel pupilli damno respectivè cedere deberet.

Regula tutori adversatur, ut scilicet, cessante præcepto testatoris, vel continuationis necessitate, puta expletionis negotii à defuncto jam capti, non possit pupilli pecunias, vel bona, mercaturæ, vel negotiorum alia exponere, sed erogare teneretur in tutas emptiones bonorum stabilium, vel æquipollentium ad Text. in aurb. novissimæ Cod. de administr. tut. cum concordantibus per Gabr. conf. 26. n. 8. lib. 1. Sperell. dec. 90. n. 11. Et bene conferunt eaquæ distinguendo inter actum voluntarium, & necessarium habentur de hærede gravato negotiorum exponente pecunias, vel bona fideicommissariæ hæreditatis sub titulo de fideicommiss. d. 191. & seq.

Unde propterèa, tutore negligente investire pecunias in bona stabilia, vel jura fructifera non periculosa, pura in census, & loca montium, vel familia jura, curant etiam fructus, qui ex hujusmodi investimentis percipi debuisse, non tanquam usure pupillares, cum receptum fit, juris civilis dispositionem in hoc correctam esse à jure canonico, sed tanquam damna, & interesse, potius ob non factum, quam ob non datum, juxta distinctionem, de qua pluries in sua materia sub titulo de usuris, Et in his terminis tutoris dictum fuit in Romana pecuniaria 23. Januarii 1636. coram Panzirolo, & dec. 69. n. 3. p. 11. rec. ac advertitur per Leotard. de usur. q. 20. n. 8. & seq. q. 82. n. 28. Sperell. d. dec. 90. num. 8. & 10. Et in fortioribus terminis patris legitimi administratoris negligentis investire pecuniam pupilli habetur in Romana pecuniaria 15. Junii 1665. coram Albergato, (in cujus tamen casu ob ejus circumstantias ea resolutio difficultates patitur ex defectu applicationis ad factum.)

Nisi tutorem exculset eadem ratio, de qua respectu cuiuscumque mandatarii, vel fulcipientis obligationem investendi, seu negociandi habetur d. tit. de usur. & sub altero de cambiis, ac etiam apud Leotar. q. 18. n. 3. & seq. & Sperell. d. dec. 90. n. 3. quod scilicet habita non fuerit opportuna occasio; Quod tamen hodie non de facili est contingibile, præsertim in magnis Civitatibus, ob occasiones promptas loco montium, vel jurium cum Principe, seu Republica, ac etiam censuum qui sintuti, quando moderato fructu creditor sit contentus, conveniendi in aliqua minori summa, quam curant, cum tunc non desint occasiones tutæ, ut praxis docet; Idèque ut sæpius consulendo, vel scribendo advertere consuevi error est redarguere tutores, vel administratores, quod census ad rationem modici fructus acquiescunt, quoniam (cessante collisione) prudentius ista geri videtur, securitati principaliter studendo, dummodo facti circumstantiæ doceant, quod verè ex majoris securitatis motivo id gestum sit, quodque bona fides acque prudentis patris familias consilium illi suadeant.

Adhuc tamen in hac facti specie (reflectendo ad veritatè) adhibebam distinctionem, quæ docto, ac judicioso Judici placebat; Inter tempus scilicet, in quo tutor continuaverit negotium fundaci pro communi, eo modo, quo administrabatur cum defuncto ejus fratre, & tempus posterius novæ